Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon pharmaceutico-chymicvm

Spina, David de

Francofurti ad Moenum, 1700

[Julapium]

urn:nbn:de:bsz:31-127465

Visual Library

Julepus Roſarum *Zvvelff.*

℞. *Aquæ Roſarum odoriferæ* ℔ii. *Roſarum rub. contuſ.* & ſale condit. ℔i. Fiatque in cucurbita vitrea ex MB. deſtillatio vel rectificatio. Aquæ fragrantioris primitus prolectæ ℞. ℥xv. vel ℥xvi. quibus adde *Sacchari albiſſimi* vel clarificati ℔ii. Ac ſola ejuſdem diſſolutione paretur Julapium. *Vid. corp. ph. p. 483. b.*

Julapium Roſatum *aliud Zvvelff.*

℞. *Aquæ Roſarum* ſine additione ex Baln. n. vaporoſo deſtillatæ ℔iiß. cui adde *Roſarum recent.* vel ſale conditarum ℔ii. Ac porro ex Balneo n. vaporoſo ℔iiß. Aquæ deſtillando proliciantur, quibus adde *Sacchari albi Can.* ℔iiii. Ac ſola ejuſdem diſſolutione paretur Julapium, pro cordialibus & refrigerantibus Julapiis dilutioribus conficiendis aptum. *Vid. corp. ph. p. 483. b.*

Julapium ex Vino *Zvvelff.*

℞. *Vini Malvatici* ℔iii. A quibus deſtillando prolicias ℔ii. quas denuò (rejecto phlegmate relicto) cum libris totidem *vini Malvatici recentis* commiſceas, ac iterum deſtillando ℔ii. evoces. Idem labor addito *vino Malvatico* recenti adhuc ſemel reiteretur, rejecto ſemper phlegmate relicto inutili; & quod prodiit vinum ſummè ſpirituoſum & fragrantiſſimum, cum ſacchari ſ. q. redigatur in Julepum ſine coctione ulteriori, ſed ſola diſſolutione: cujus ℥i. plus præſtabit, quam vulgariter parati ℔i. vel

℞. *Vini Malvatici*, vel ſi illud propter valorem non arrideat, *Vini albi Rhenani* ℔iv. cui immergantur *Roſarum recent.* ſale condit. ℥iiii. *flor. Tunicæ recent.*

recent. ℥ii. *Cort. Aurantiorum*, *Citri*, an. recent. extim. ℥i. *Cinamomi acuti* ℥iß. Facta brevi maceratione, abſtrahantur in Balneo vaporoſo deſtillando ℔iij. Liquori huic ſpirituoſo & fragranti (abjectis ſpeciebus cum vini vappa, quæ in reſiduo remanſit,) porro adde *Vini Malvatici* vel *vini albi* potentis ℔ij. *Roſarum recent.* ſale condit. ℥iiij. *Flor. Tunicæ recent.* ℥ii. *Cort. Aurantiorum*, *Citri*, an. rec. *Cinamomi acuti* an. ℥j. Ac porro brevi maceratione factâ abſtrahantur deſtillando in eodem Baln. vapor. ℔iiß. vel tres, quibus adde *Sacchari Can. albiſſ.* ℔iiij. Et ſola ejuſdem diſſolutione, ſine ulla coctione aut ebullitione paretur Julapium multis encomiis extollendum, ob ejus virtutes cordiales & roborantes, quas habet in morbis frigidis, Apoplexia, Epilepſia, Lethargo, Comite vigili, Paralyſi & Hydrope; Senum peculiare eſt reſtaurativum Spiritus eorum vitales excitando, roborando. Aſſumendum in vino, quod gratiſſimum reddit, vel etiam alio in vehiculo grato. Vid. corp. ph. p. 483. b.

L.

Lapis Admirabilis.

℞. *Aluminis* ℔ij. ⊖*li alb. Virid. æris* an. ℔ß. ♀ *alb. Lithargyrii*, *Oſſ. ſepiæ*, *Ceruſſæ*, an. ℥iiij. Subtiliſſime contuſa miſce, evapora, & evadit griſeus lapis. Vid. corp. ph. p. 61. b.

Lapis Bezoardicus Factitius *ex Ephem. Cur.*

Anno vij. *Decur.* 1. *v. g.*

℞. *Terræ ſigillatæ Bezoard.* ℥j. ℈viij. *Unicorn. foſſil. C.C. Bezoard.* ſive *Bezoard. Cervini* an. ℥ß. ℈iiij. ♁ *Diaphoret. fixi*, *Radic. Contrajerv.* ſubtil. pp.

an.